

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Pvb. Virgilii Maronis Bvcolicorvm Eclogæ X, Georgicorvm
Libri IIII, Æneidos Libri XII**

Vergilius Maro, Publius

Genevæ, M.DC.XXXVI.

Ecloga III. Pollio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)

ECLOGA IIII. POLLIO.

POETA.



ICELIDES *Muse, paulò maiora canamus:*
Non omnes arbusta iuuant, humilesque myrice.
Si canimus sylvas sylue sint consule digne.
Vltima Cumai venit iam carminis atas:
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.
Iam reddit & Virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies calo demittitur alto.

Sicelides *Muse, paulò maiora canamus.* Asinius Pollio ductor Germanici exercitus cum post captas Salonas Dalmatiae ciuitatem primò meruisse lauream: post etiam consulatum adeptus fuisse: eodem anno suscepit filium: quem à capta ciuitate Saloninum vocavit, cui nunc Virgilius genethlacon dicit: quem constat natum risisse statim: quod parentibus omen est infelicitatis. nam ipsum puerum inter ipsa primordia, id est, nono die perisse manifestum est. *Sicelides Muse.* Sicelides autem græcum est. Nam Latinè Sicilienses facit, id est Theocritiæ. Nam Theocritus Syracusanus fuit, quem in hoc opere Virgilii imitatur, ut diximus suprà. *Paulò maiora canamus.* Benè paulò dicit, nam licet hec eclogi discendas à bucolico carmine: tamen inserit aliqua apta ei operi ergo non maiora, sed paulò m' ora. *Myrice.* Virgulta sunt humilia & sterilia, quod vulgo tramitium dicitur. *Si canimus sylvas sylue sint c.d.* Id est miscetur illi...honos virginitatis sint consule, id est filio...consulis A in Polione. *Vltima Cumai venit iam carminis atas.* Sibylla, quæ Cumana fuit, & secula per metalla diuisit, dicit etiam quis quo seculo imperaret: & solem ultimum, id est decimum voluit. Nouimus autem eundem esse Apollinem. Vnde dicit, *Tuus iam regnat Apollo.* *Dixit etiam finitis omnibus seculis rursus eadem renouari quam rem etiam philosophi hac disputatione colligunt, dicentes completo magno anno, omnia sydera in ortus suos redire, & referri rursus eodem motu.* Quod si est idem syderum motus, necesse est ut omnia quæ fuerunt, habeant iterationem. *Vnuersa enim ex astrorum motu pendere manifestum est.* Hoc fecutus Virgilii, dicit reuerti aurea secula, & iterari omnia quæ fuerunt. *Ab int' gro. vel denuo vel ab initio.* *Cato de suo consulatu.* Omaia ab integro paranda erant. *Seclorum. Synaresis.* pro seculorum, & tecum quidam centum annorum definitiunt, quidam centum decem. Horatius Cetus vndenos decies per annos. *Iam reddit & virgo.* Iustitia quæ Erigone fuit, filia Themidis ut inter homines versatur, propter eorum laceras terras reliquit, quam ideo virginem dicunt, quod sit incorrupta iustitia. Et permisit laudes tam pueri, Pollionis, quam Augusti. Nam felicitas temporum, ad Imperatoris laudem pertinet. *Saturnia regna.* Aurea secula, quia Saturnus auro seculo regnasse dicitur. *Iam noua progenies calo demittitur alto.* Ut videantur homines non ex mortalibus nati, sed ex numinibus, & quasi celo lapsi. Et hinc conicit fore aurea secula, quod Augustus imperat: vel quod talis est natus puer, vel quod consul est Pollio, unde est, te consule inibit.

*Tu modo nascenti puer, quo ferrea primum
 Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
 Casta fauë Lucina: tuus iam regnat Apollo.
 T' que adeo decus hoc euist, consule inibit
 Pollio, & incipient magni procedere menses.
 Te duce, si qua manent scelevis vestigia nostri,
 Irrita perpetua soluent formidine terras.
 Ille deum vitam accipiet, diuisque videtur
 Permisso heroas, & ipse videbitur illis:
 Pacatiisque reges patriis virtutibus orbem.*

Quo. Deest nascente. Nam hoc dicit, fauë ei Lucina, cuius ortus secula immutabit, aureis scilicet terrea *Casti fauë Lucina.* Modo Lucinam Dianam accipimus. Sic Horatius, *Sine te Lucinam probas vocari, seu te penitus Iunonem.* Terentius Iunonem dicit Lucinam: ut, *Iuno Lucina ser' opem,* cum tamen ambæ vnum sint. Sane hic Dianam, Lucinam non immerito designat. Prior, n. genita parturienti matri Apollinæ, tulisse auxiliū dicitur: Nigidius de dñs lib. IIII. quidam deos &

Alorum genera temporibus & etatibus, inter quos & Orpheus primum regnum Saturni, deinde Iouis, tum Neptuni, inde Plutonis, nonnulli etiam, ut magi a iunt, Apollinis fore regnum. In quo videndum est, ne ardorem (sive illa ecpyrosis appellandam est) dicant. Quidam hoc loco, Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo, Octauiam fororem Augusti significari, adfirmant, ipsumque Augustum Apollinem. Tunc iam regnat Apollo. Ultimum seculum ostendit, quod Sibylla Solis esse memorauit: & tangit Augustum, cui simulachrum factum est cum Apollinis coniunctis insignibus. Inibit. Inchoabit, exordium accipiet: aureum scilicet seculum, & ideo initit, non iniit, quia consul designatus erat: Quidam Saloninum Pollio filium accipiunt. Alij Afinium, Gallum fratrem Salonini, qui prius natus est Polione consule designato. Asconius Pedianus à Gallo audisse se referit, hanc eclogam in honorem eius factam. *Incipient magni procedere menses.* Illud tangit, quod Iulius & Augustus menses in honorem Cæsaris & Augusti, acceperunt nomina.

B Nam antea Quintilis & Sextilis dicti sunt. Et hoc etiam trahit ad argumentum aurei seculi. Postumus & magni pro pulchri accipere, id est aurei seculi. *Teduce.* Vel Auguste, vel Pollio, vel Salonine, id est auctore, *Sceleris vestigia nostri.* Bene nullum vult esse præsentium temporum vitium: sed reliquias dicit esse superioris ætatis. Sic in Georgicis cum laudaret Augustum, & carperet tempora, dicens. *Vincinæ ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt: sequit toto Mars improbus orbe.* Intulit, Fertur equis auriga, neque audit currus habenas: ostenderet tantas esse reliquias præteriorum malorum, ut ne ab optimo quidem rectore sedari posse viderentur. *Vestigia autem scelerum dici bella ciuilia, qua gessit Augustus contra Antonium apud Murenam: contra L. Antonium fratrem Antonij apud Petrum: contra Sextum Pompeium filium Pompei in freto Siciliensi: contra Brutum & Cassium in Thessalia: contra*

C Antonium & Cleopatram in Epiro apud Actium promontorium iuxta Leucaten. *Irrita.* Ad nihil deducta vestigia, & non dicit, Iam irrita soluent terras fornidine: sed, sicut irrita, & soluent terras timore. *Perpetua autem est longa. Ille Deum vitam accipiet.* Sicut suprà artificiosè laudem confundit, ut posse esse communis nam ad quemvis potest referri. Ille, vel ad Augustum, vel ad Saloninum. *Pacatumque reget patriis virtuibus orbem.* Vel Augustus Cæsar, vel Saloniulus Pollionis virtute pacatum orbem tenebit. Et mira laus virtusque est, & eius qui pacavit, & qui pacatum tuctur, vel certè patriis illis, deest ab, id est ab illis.

*At tibi prima puer nullo munuscula cultu,
Erranteis hederas passim cum baccare tellus,
Miséraque ridenti colocasia fundet acantho.
Ipse lacte domum referent distenta capella
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.
Ipse tibi blandos fudent cunabula flores.
Occidet & serpens, & fallax herba veneni
Occidet: *Affyrium vulgo nascentur amomum.**

At tibi prima puer nullo munuscula cultu. Rhetoricè digesta laudatio, non enim improuide in principio invenia confumpit: sed paulatim fecit laudem cum ætate procedere. *Munuscula.* Bene in rebus minoris ætatis vsus est diminutione ut nullo cultu, id est inarata, sed sua sponte nata. *Erranteis hederas passim cum baccare tellus.* Passim vagantes. Vnde antiqui lyrici dixerunt, flexipedes hederas: quod hac atque illac vagantur. Mirè autem puerum laudat ex ipsis munericibus. Nam hedera indicat futurum poëtam: vt Pastores hedera nascentem ornare poetam. Baccat verò herba est quæ fascinum depellit. vt Baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro. Per quod pulchrum indicat puerum. *Ridenti acantho.* Læto, suavi, iucundo, fulgenti, vi, rudes argento domus: vel quod hians & patens nascitur: & est herba quæ in Ægypto inuenitur. *Colocasia.* Hanc herbam videtur in honorem Augusti creuisse, quæ Roma post deuictam ab eo Ægyptum innotuit... & dicendo sandes abundantiam floris ostendit. *Ipse lacte domum referent.* Quid enim est aptius infantia lacte? Et magna laus in hoc est, quod ait, Ipse referent, id est sua sponte. *Nec magna metuent armenta leones.* Bona vsus est moderatione, dicens, Erunt quidem maligni leones: sed minime armentis nocebunt. *Blandos, Iucundos ut pueros.* Cunabula. Lectuli in quibus infantes iacere confuerint: vel loca in quibus nascuntur, quasi cunabula. Nam κύνη est Græcæ eniti. Et fallax herba veneni. Non circum dicit, quæ omnibus nota est: sed illam sardoniam, quæ apastri similis homines decipit: vel aconita: vt, Nec miseris fallant aconita legentes. *Affyrium vulgo nascentur amomum.* Amomum herba est suavissimi odoris, quæ tantum in Affyria nascitur. *Vulgo, Passim, omnibus locis.*

At simul heroum laudes, & facta parentis
 Iam legere, & quæ sit poteris cognoscere virtus:
 Mollis paulatim flauescet campus arista,
 Incultisque rubens pendebit sentibus vua,
 Et dura querens sudabunt roscida mella.
 Pauca tamen suberunt prisæ vestigia fraudis,
 Quæ tentare Tethin ratibus, quæ cingere muris
 Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.
 Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo
 Delectos heroas: erunt etiam altera bella,
 Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

A

B

Heroum laudes & facta parentis. epexegehis si sit, melior sensus est. Quæ erunt heroum laudes, cui parentis virtutes & bono ordine: primò poetas, deinde historicos, deinde philosophos legendos dicit. Iam legere. Id est cum cooperis imbuī studii liberalibus. Quæ sit poteris cognoscere virtus. Accessu enim ætatis quanta sit virtus agnoscitur, & cuius gloriae. Mollis, fertili. Incultisque r.p.s.v. Id est ubique sit vua. Et dura. q.s.r.m. Id est quæ hodie roscida, olim querens sudabunt. Flauescet. Albescet. Arista. Seges inculta, quæ à nullo colitur. Rubens. Matura. Sentibus. Spinis, & asperis fructis. Sudabunt. Defluent. Roscida mella. Id est Fragranzia. Suberunt vestigia. Id est erunt, sed latenter: & bene. Prisæ fraudis. Ad suorum temporum excusationem: sicut supra dictum est. Aut fraudem pro soleria posuit. Quæ tentare Tethin ratibus, quæ cingere muris Oppida. A sequentibus ostendit præcedentia: quæ vitavit, quasi laudi incongrua. Nam per nauigationem ostendit fore aurantium, quæ homines nauigare compellit, per muros, bella significat, per agriculturam, famis ostendit timorem. Alter erit tum Tiphys, vel re vera Tiphys, vel quasi Tiphys Argonautarum gubernator. Sanè specialia pro generalibus ponit. Nam per Tiphyn, quæcunque gubernatorem accipimus: per Argo, quæcunque nauem: per Troiam, quæcunque ciuitatem Achillem, quæcunque virum fortē. Videtur tamen hic locus dictus ~~intra~~ id est, id est per omnium rerum reuelabilitatem, ex syderum ratione venientem, ut diximus suprà. Sanè fabula de hoc gubernatore talis est. Pelias cum accepisset responsum ab Apolline, fore ut ab eo, priuaretur regno, & vita.... altero pede nudo ei sacrificanti occurrisset, forte vidit Iasonem nudo pede venisse, qui dum Iunonem transmutatam in anni speciem credens mortalem petentem per vadum fluminis transferret, alteram ex cal'gis in limo amiserat. Igitur Pelius metuens ex responsis facta, iussit eum Colchos proficisci ad petendam auream pellem arietis, qui Phrixum ethellen Colchos pertulerat, qui fabricate naui, quæ ab Argo fabricatore Argo appellauit, contractaque iuuenture Græciae, Tiphyn habuit gubernatorem. Sanè quidam Argo à celeritate dictam volunt, vnde verso in Latinum verbo argutos celeres dici. Socij vero Iasonis Minya appellati sunt, vel ab Argo huius nominis Colchorum, vel quod multi ex quadam Minya nati Iasoni se coniunixerint, vel quod Minya Iasonia terra auia fuerit: qui autem cum Iasoni profecti sunt, apud eos qui de fabulis scripserunt, plenius inuenitur. Heroas. Quidam à terra dictos volunt, quod terra ~~est~~, dicta sit, vnde initio nati creduntur homines, qui nomen à matre traxerunt. Te fecerit atas. Aeras hoc loco modum annorum significat, viætas Lucinam iustosque pati hymenæos: nam subdidit, Definit ante decem post quatuor incipit annos, alijs pro tempore posita, ut veniet lustris labentibus ætas.

C

D

E

Hinc ubi iam firmata virum te fecerit atas,
 Cedes & ipse mari vactor, nec nautica pinus
 Mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
 Non rastros patietur humus, non vinea falcem:
 Robustus quoque iam tauris inga soluet arator.
 Nec varios disset mentiri lana colores:
 Ipse sed in pratis aries iam suauerubenti
 Murice, iam crocco mutabit veller aluto:
 Sponte sua sandyx pascentes vestier agnos.
 Talia secla suis dixerunt currite fusis
 Concordes stabili fatorum numine Parce.

F

Cedes

ECLOG. IIII.

23

- A Cedes & ipse mari vector. Necessario siquidem. Omnis feret omnia tellus. Nauigatio enim ex mercimonij ratione descendit. Sanè vector tam is qui vehitur, quām qui vehit dicitur, id est & nauta & mercator. Mutabit merces quia antiqui res rebus mutabant. Dicit meniri lana colores. Cū enim tingitur, mentitur alienum colorē. Ipse sed in pratis aī s. r. m. i. c. m. v. t. H. c. in honorem vel laudem Augusti refert. Trahitur enim in libris Etruscorum, si hoc animal miro & insolito colore fuerit infeluum, omnium rerum felicitatem imperatori portandi. Ipse autem quod addidit, non vacat: nam sunt quædam pronomina, quæ addita nominibus faciunt dignitatem, vt ipse modo Aenea & Turnus ego. Sanè in Numæ legibus cautum est, vt si quis imprudens occidisset hominem, pro capite occisi & natis eius in cautione offerret arietem. Ergo hic bene videatur arieti dignitatem dare, dicendo ipse, qui oblatus, homicidam criminis homicidij possit exsolvere. Iam significat modo. Murice. Cochlea similibus conchilis, unde tingitur purpura. Mutabit. Tinger, inficiet per naturam. Lino eruceo, Rubicundo colore, & ei. Hypallage, pro croce luteo. Nam crocum, lutei coloris est. Unde & alata pellis alba per naturam. Sandyx. Herba est, de qua sandycinus tingitur color. Talia seculæ suis dixerant currere fusis. Quid est, Talia seculæ currere fusis suis Parcae dixerunt. Currite, voluite. Melius est curire: imperatiuum esse modum: vt sit sensus. Dixerunt Parcae concordes, suis fusis, id est vaticinationibus, currere talia seculæ: hoc ordine & euentu vestro estote. Stabili. Hic immutabilis & semper manenti. Favorum nomine. Fata dicta à fando: quia quæ Parcae dixerunt, hæc credebantur euentite mortalibus. Numine autem, id est potestate, d. uinatōne, ac misericordia. Parce. Quæ & furiae infernales, dictæ Parcae. Reg' a' r' s' g' r' quia nulli parciunt. Concordes stabili fatorum numine Parce. Nam & quod vna dixerit, duæ sequuntur. & fixa sunt statuta fatorum, Horatius. Quod semel dictum, stabili que rerum terminus fornet.
- B

Aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores,
Caro deum soboles magnum Iouis incrementum,
Aspice conuexo nutantem pondere mundum,
Terrasque, iracundiasque maris, coelumque profundum:
Aspice, venturo late tur ut omnia seculo.

- D
- Iouis incrementum. Nutrimentum, & est vulgate, quod bucolico conuenit carmini, Nutrimentum mundum. Nutrat, presentibus malis: sicut post latari illum dicit latus est, bonis futuris & bene quasi res scitem describit. Sanè Iouem merito puerorum dicunt incrementa curare, qui cū pueri togam virilem sumperint, ad Capitolium eunt. Nam & in VIII. Alcanius in Numen intendens sagittam, Iouem magis inuocavit, Iupiter omnipotens audacibus annue cœptis. Conuexo, curvo, inclinato. Tractus, à magnitudine dictum accipitur & bene per hæc omnia mundum diuinit.

E

O mihi tam longè maneat pars ultima vite,
Spiritu & quantum sat erit tua dicere facta:
Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quanvis, atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formusus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice ceriet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice viclum.

- F
- O mihi tam longè maneat pars ultima vite. Vt inam possim frui vita longissima: & habere tantum spiritum, quantus posset sufficere ad tuæ virtutis commemorationem. Non me carminibus vincet, nec Thracius Orpheus. Genere stylisele Otpheo, vel Lino meliorēm fore commemorat. Nam non sibi arrogans, sed hoc dicit, Tanta est mater a tuæ laudis, vt etiam humile ingenium in ea re supra omnes posset excellere. Lino. Linus verò cum nomen hominis dicimus, breuis est Li, Statius. Medio Linus interexus aenetho. Cum autem linum dicimus, filum significantes. Li longa est, cum producatur apud Græcos. Linus Apollinis & Psamatidis filius, qui theologiam scribit, Calliopea. Græca d. clinatio. Adsim profaucant. Pan etiam. Redit ad numina rusticæ: nam satis excellerat dicendo Linum poëtam, & Orpheum theologum. Arcadia iudice. Quæ ei fauet, ubi colitur.

Incipe parue puer risu cognoscere matrem:
Matri longa decem tulerunt fastidia mensæ,

P. V I R G I L.

*Incipe parue puer:cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa,dea nec dignata cubili est.*

A

Risu cognoscere matrem. Alludit ad id quod factum est:& rem naturalem ait. Sicut enim maioresse sermone cognoscunt:ita infantes parentes risu se indicant agnoscere. Ergo hoc dicit, Incipe parentibus arridere : & eis spe ominis boni detrahere sollicitudinem:vt ipsi tibi attrident. Tulerunt. Alij abstulerint legunt, vt sit. Si riseris, abstulerint decem menses mari tuæ longa fastidia. matri enim decem menses attuletunt longa fastidia, quia prægnantes solent fastidia pati. Decem menses, quia mares in decimo nascuntur mense, sc̄mina vero in nono. cui non risere parentes. Nec deus hunc mensa,dea nec dignata cubili est. Sicut Vulcano contigit: qui cum deformis esset, & Iuno ei minimè attristisset: ab Ioue est precipitatus in insulam Lemnum. Illic nutritus à Sincis, cum Ioui fulmina fabricasset, non est admissus ad epulas deorum. Postea cum rogaret ut cum Mineruæ coniugium fortiretur: spretus ab ea est. Vnde diuinos honores non meruit: ad quos aut per coniuicium numinum, aut per coniunctionem venitur deorum. Hinc est quod Iunoni in primo Æolus agit gratias, quod per eius beneficium diuinos honores meruit, vt Tu das epulis accumbere diuū. Alij dicunt: quod cum Vulcanus parentes suos diu quererer, nec inueniet, sedile fecit tale, vt cum eo qui sedisset, surgere non posset, in quo cum adsedisset Iuno, nec posset exsurgere. Vulcanus negavit se soluturum omnino, nisi prius parentes suos sibi monstrasset, atque ita factum est vt in Deorum numerum reciparetur. Sanè nec Deus hunc mensa, alijs ita intelligunt quasi tam citò extinctus sit, vt nec Veneri nec Libero potuerit operari. Proinde nobilibus pueris editis in atrio domus Iunoni lectus, Herculi mensa ponebatur. Non deus, Id est Iupiter nec dea. Id est Minerua.

B

D

F

E C L O G A V. D A P H N I S.

MENALCAS. MOPSVS.



*Vr non Mopſe (boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leueſi, ego dicere versuſi)
Hic corylis mixtas inter conſedimus vlmos? Mopſe.
Tu maior: tibi me eſt aquum parere Menalca:
Siue ſub incertas Zephyris motantibus umbras,
Siue antro potius ſuccedimus: aſſice ut antrum
Sylvestris raris ſparſit labrus caracemis.*

D

Menalcas Virgilius hic intelligitur, qui obitum fratris sui Flacci deflet: vel, vt alij volunt, interfectionem Cæſaris. *Mopſus* vero Æmilius Macer Veronenſis Poeta amicus Virgilij. *Cur non Mopſe, boni: Inducuntur duo pastores canere ad delectationem: Vnde & ſe laudantes ſibi inuicem cedunt. Boni autem, doct. & figuratè ait, ambo boni, id eft, Tu calamos inflare leueſi: calamos aut leues verſus id eft ſubtiles, ſed melius eft calamos leues, ego dicere vertus, boni dicere, verſus, boni dicere autem græcum eft, ita nos legimus: dicere ſanè pro canere, vt, Diana tenerè dicte virgines, ponitur & pro nominare, vt Italiā dixiſſe duciſ de nomine gentem. Hic corylis mixtas inter conſedimus vlmos? ſordo eft, Cur non Mopſe hic conſedimus inter vlmos mixtas, corylis ſcilicet, vt canamus. Sanè inerit präpositio, quia poſtpoſita eft, mutauit accentum, ſicut Circum tu maior id eft vel natu, vel merito Siue ſub incertas Zephyris motantibus umbras. Dicit quidem verecundē ſe illi obtemperare debere: oſtendit tamen quid ſibi placeat. Nam ex ipsa laude, antri, & ex arborum vituperatione, quārum incertas umbras eſſe dicit: oſte- dit ſuam ſententiā eſſe meliorem. Incerta autem umbræ ſunt & ex ſolis circuitu, & ex mo- bilitate ventorum, quod ipſe etiam dicit, Zephyris motantibus umbras. Sanè ſuccedimus & dæ- tiuo & acculatiuo casibus ſecutis tam veterem, quam noſtram conſuetudinem ſuo more iun- git, ſive umbras ſuccedimus, ſive antro, cum alibi ſecuti ſunt antiquos, datuſ ſatum ſuc- codere iuxerit, ac noſtris ſucceſſe penatibus, & ſuccelit que gemens ſtabulis. Saluſtius tamen ſuccedere acculatiuo iuxxit. Sed ubi prope ſignificat: Cum murum hoſtinum ſuccelit, penas dede- rat: hoc eft, cum prope murum acceſſiſſet. ſuccedere autem idem ſignificat, quod eft ſubire, id eft, penitus intrate. labrusca. Vitis agrestis: quæ, quia in terre marginibus naſcitur, labrusca dicitur, à labris & extremitatibus agrorum, vel quod ſapore acerbo labra lædat.*

Me. Mon.